



**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas**

**Antverpiæ, M.D.C XXX III.**

S. Odo Abbas. 18. Novembris.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

it. NOV. Vite Sanctorum. 631  
minus fortiter quam facude pro DEO  
& ROMANO dixit, dictaque sua fla-  
gris & ipse concitus sanguine firmavit.  
Sic enim verò peroranti fliolo accla-  
mavit è turbâ mater fortissima, quin  
inter tormenta sitibundum objurgavit  
etiam, quod aquam rogaret, quando  
superi sanguinem ipsius sitirent. Inde  
ad supplicii locum & dux & bajula  
fili caput abscessum & sanguinem,  
dulci urnâ, finu exceptit. At ROMA-  
NVM ad ignes damnatum patrocinan-  
te cælo imber absolvit. Quin linguâ  
orbatus innocentiam suam tamē prius  
loqui non desit, quam strangulatis  
faucibus vox intercepta est. Sed & hu-  
jus Echo cum plausu cælo excepta. Ex  
Prud. & Chrysoſt.

S. O D O A B B A S. 18. Novembris.

Officio suo fungi patres à patre  
ODONIS discant, Vnicum & vix  
natum filiolum è cunis inter brachia in  
cælum sustulit, divoque Martino &  
sacris devovit. Dixisse assensum in-  
fantem, ita non tam lac maternum,  
quam erga Martinum amorem suxit,  
qui scilicet cum puero deinde crevit,  
dum literis excultus inter Canonicos  
Turonenses est cooptatus. Sed cum  
tunc etiam vanis poëtarum (& Virgilii  
principiū) commentis plus quam piis  
commentationibus vacaret, per somnū

Vas

632      *Vita Sanctorum.*      19. NOV.  
vas vidit cum primis elegans, sed ser-  
pentibus plenum. Monuit scilicet ite-  
rum cælum, quod ipse Maro, anguem  
ut juventus caveat in herbâ latenter,  
dum fraga legit. Noster deinceps preci-  
bus ad D. Martini noctes invigilavit,  
quò sapienter euntem cum ex itinere vul-  
pes infestarent, mirum dictu suppetas  
contra has lupus tulit, idem deinde  
**ODONIS** hospes ædiumque non ridi-  
culus jam custos. Sub hæc dñm Lute-  
tiæ Parisiorum amplius literis operam  
navat, ab ipso Greg. Pont. noctu cala-  
mum dono accipere visus est, quo ma-  
gni Doctoris moralia, ut ajunt, sparsa  
omnibus libris in unum corpus colli-  
geret. Iam monachus laboravit tam-  
diu, quoad monachum etiam pater,  
mater velum indueret inter virgines.  
Abbas Gigniacensis mox Cluniacensis  
miranda & fecit & passus est, dum col-  
lapsam monasteriorum disciplinam  
erexit. Ad extremum æger Romæ im-  
petravit, ut redire in patriam licejet. Ibi  
denique vitam posuit ubi accepit, ad  
D. Martini tumulum. Ex Surio.

S. PATROCLVS CONF.  
19. Novembris.

**G**enus & origo PATROCLO humi-  
lis fuit, sed indoles nra generosa,  
que tum se prodidit, cum rus ad oves  
est ablegata, fratre Antonio ad ludum